HIERONYMUS
Admont (?), 1. Hälfte 12. Jh. Seite 39r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26077
Copyright: Admont, Benediktinerstift



uium inserrarū modū se uoluentibus. quę stipulam cōte
runt & conminuunt paleas. Quomodo ergo plaustris serratis pa
lee conterentur. sic conteretur moab sub eo. siue sub dei
potentia siue semet ipso. ut nihil in eo integri remane
at, & sicut sola quinatat totū corpus extendere. ita ille
de sua potentia allidetur in terrā & ruens sonitū facia.
Omnia quoq; munimenta sublimiū uiro & illius siue mu
rorū ut in hebraico continetur cōcident & humilia
buntur. & detrahentur in terrā usq; ad puluerem cōmi
nuta. Igitur sermo ꝓpheticus licet de consummatione
mundi generaliter texat uaticiniū. tamen ne presen
tia uideatur omnino neglegere. nominat moab qui
fuit inimicus israel. in tantum ut faceret eos fornicare
cū madianitis. & cōsecrari idolo beelfegor qui interpretatur
priapus. contra quem & hieremias loquitur. Egredietur
chamos in captiuitatē. sacerdotes illius & principes eius
simul. & iterū. confundit moab in chamos sicut confu
sa est. domus israel in bethel. & reliqua his similia. atq;
ex uno idolo & demone qui huic idolo p̄sidebat omnes
indicat cōtrarias fortitudines humiliandas & deducen
das in tartarū & instar pulueris cōterendas. Sin autē hoc
ita erit. ubi ē diaboli potentia. In die illa cantabitur
canticū istud in terra iuda. Urbs fortitudinis nr̄e sal
uator. ponetur in ea murus & ante murale. Lxx. Die il
la cantabitur canticū istud sup terrā iudeam. Ecce
ciuitas fortis. & salutare nr̄m ponet murū & circū mura
le. Cū humiliatus fuerit moab & detractus ad terram
usq; ad puluerē & omnes inimici sub strati xp̄i pedibus. tc̄
cantabitur canticū istud in terra iuda siue iudea qd̄
interpretatur utrūq; confessio. ut quomodo syon & ierusa
lem urbem celestē intelleximus. ita & regionē hui

ss
Cap. 26
s